



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XCV. De lege humana secundum se.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Semper quod lex naturalis habet . potest tamen mutari & in aliquo particulari, & in paucioribus ppter aliquas speciales causas impediētes obseruanciam talium præceptorum, vt supra dictum est. \*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod lex scripta dicitur esse data ad correctionem legis naturalis, vel quia per legem scriptam suppletur eis, quod legi naturæ deerat: vel quia lex naturæ in aliquorum cordibus quantum ad aliqua, corrupta erat intantum, vt existimarent esse bona, quæ naturaliter sunt mala: & talis corruptio correctione indigebat.

AD SECVNDVM dicendum, quod naturali morte moriuntur omnes cõmuniter tam nocentes, quàm innocentes: quæ quidem naturalis mors diuina potestate inducitur propter peccatum originale, secundum illud 1. Reg. 2. Dominus mortificat, & viuificat: & ideo absque aliqua iniustitia secundum mandatum Dei potest infligi mors cuiusq; homini vel nocenti, vel innocenti. Similiter etiam adulteriũ est concubitus cum vxore aliena, quæ quidẽ est ei deputata secundum legem Dei diuinitus traditã. vnde ad quæcumque mulierem aliquis accedat ex mandato diuino, non est adulterium, nec fornicatio. Et eadem ratio est de furto, quod est acceptio rei alienæ, quicquid enim accipit aliquis ex mādato Dei, qui est Dominus vniuersorum, non accipit absque voluntate Domini, qd est furari. Nec solum in rebus humanis quicquid a Deo mādatur, hoc ipso est debitum, sed etiam in rebus naturalibus quicquid a Deo fit, est naturale quodammodo, vt in primo dictum est. \*

AD TERTIVM dicendum, quod aliquid dicitur esse de iure naturali dupliciter. Vno modo, quia ad hoc natura inclinatur: sicut non esse iniuriam alteri faciendam. Alio modo, quia natura non inducit contrarium: sicut possemus dicere, quod hominem esse nudum est de iure naturali: quia natura non dedit ei vestitum, sed ars adinuenit. & hoc modo communis omnium possessio, & omnium vna libertas, dicitur esse de iure naturali, quia scilicet distinctio personarum, & seruitus non sunt inductæ a natura, sed per hominum rationem ad vtilitatem humanæ vite. & sic etiam in hoc lex naturæ non est mutata nisi per additionem.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum lex naturæ possit a corde hominis aboleri.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod lex naturæ possit a corde hominis aboleri. Quia Roman. 2. super illud. Cũ Gentes quæ legem non habent &c. dicit glossa: \* quod in interiori homine per gratiam innouato, lex iustitiæ inscribitur, quam deleuerat culpa: sed lex iustitiæ est lex naturæ. ergo lex naturæ potest deleri.

¶ 2. Præterea. Lex gratiæ est efficacior quàm lex naturæ: sed lex gratiæ deletur per culpam. ergo multo magis lex naturæ potest deleri.

¶ 3. Præterea. Illud quod lege statuitur, inducitur quasi iustum: sed multa sunt ab hominibus statuta contra legem naturæ. ergo lex naturæ potest a cordibus hominum aboleri.

SED CONTRA est, quod Augustin. dicit in 2. Confess. \* Lex tua scripta est in cordibus hominum, quæ nec vlla quidẽ delet iniquitas: sed lex scripta in cordibus hominum est lex naturalis. ergo lex naturalis deleri non potest.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, \* ad legem naturalem pertinent primo quidem quædam præcepta cõmunissima, quæ sunt omni-

A bus nota: quædam autem secundaria præcepta magis propria, quæ sunt quasi conclusiones propinque principijs. Quantum ergo ad illa principia communia, lex naturalis nullo modo potest a cordibus hominum deleri in vniuersali: deletur tamen in particulari operabili, secundum quod ratio impeditur applicare commune principium ad particulare operabile propter concupiscentiam, vel aliquam aliam passionem, vt supra dictum est. \* Quantum verò ad alia præcepta secundaria, potest lex naturalis deleri de cordibus hominum, vel propter malas persuasiones, eo modo quo etiam in speculatiuis errores contingunt circa conclusiones necessarias: vel etiã propter prauas consuetudines & habitus corruptos: sicut apud quosdam nõ reputabantur latrocinia peccata, vel etiam vitia contra naturam, vt etiam Apost. dicit ad Roman. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod culpa delet legem naturæ in particulari, non autem in vniuersali: nisi forte quantum ad secunda præcepta legis naturæ, eo modo quo dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod gratia etsi sit efficacior quàm natura, tamen natura essentialior est homini, & ideo magis permanens.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de secundis præceptis legis naturæ, contra quæ aliqui legislatores statuta aliqua fecerunt, quæ sunt iniqua.

QVAESTIO XCV.

*De lege humana, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de lege humana.

¶ Et primò quidem de ipsa lege secundum se. Secundò, de potestate eius. Tertiò, de eius mutabilitate.

CIRCA primum queruntur quatuor.

¶ Primò, De vtilitate ipsius.

¶ Secundò, De origine eius.

¶ Tertiò, De qualitate ipsius.

¶ Quarto, De diuisione eiusdem.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus. Intentio enim cuiuslibet legis est, vt per eam homines fiant boni, sicut supra dictum est: \* sed homines magis inducuntur ad bonum voluntarij per monitiones, quàm coacti per leges. ergo non fuit necessarium leges ponere.

¶ 2. Præterea. Sicut dicit Philosophus in 5. Ethicorum. † Ad iudicem confugiunt homines sicut ad iustum animatum: sed iustitia animata est melior, quàm inanimata quæ legibus continetur. ergo melius fuisset, vt executio iustitiæ committeretur arbitrio iudicum, quàm quod super hoc lex aliqua conderetur.

¶ 3. Præterea. Lex omnis directiua est actuum humanorum, vt ex supradictis patet: \* sed cum humani actus consistant in singularibus, quæ sunt infinita, non possunt ea, quæ ad directionem humanorum actuum pertinent, sufficienter considerari, nisi ab aliquo sapiente, qui inspiciat singula. ergo melius fuisset arbitrio sapientũ dirigi actus humanos, quàm aliqua lege posita. ergo non fuit necessarium leges humanas ponere.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in lib. \* Etymolog. Factæ sunt leges, ut earum metu humana

Supra q. 91. art. 3. & 2. d. 1. ibi. 9. art. 1. cor. ad 1. & ad 5. Et 3. dist. 40. ar. 2. \* q. 92. ar. 1.

Cap. 4. circa mod. 10. 5.

Q. 90. art. 1. d. 2.

Lib. 5. c. 56.

na coereretur audacia, tutaque sit inter improbos innocencia, & in ipsis improbis formidato supplicio refranetur nocendi facultas: sed hæc sunt necessaria maxime humano generi. ergo necessarium fuit ponere leges humanas.

leg. art. 1.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex supradictis patet, \* Homini naturaliter inest quaedam aptitudo ad virtutem: sed ipsa virtutis perfectio necesse est quod homini adueniat per aliquam disciplinam. sicut etiã videmus, quod per aliquam industriam subuenitur homini in suis necessitatibus, puta, in cibo & vestitu, quorum initia quaedam habet a natura, scilicet rationem & manus: non autem ipsum complementum, sicut cætera animalia, quibus natura dedit sufficienter tegumentum & cibum. Ad hanc autem disciplinam non de facili inuenitur homo sibi sufficiens: quia perfectio virtutis præcipuè consistit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus, ad quas præcipuè homines sunt proni, & maximè iuvenes, circa quos est efficacior disciplina: & ideo oportet quod huiusmodi disciplinam, per quam ad virtutem perueniatur, homines ab alio sortiantur: & quidem quantum ad illos iuvenes, qui sunt proni ad actus virtutum ex bona dispositione naturæ, vel consuetudine, vel magis diuino munere sufficit disciplina paterna, quæ est per monitiones. Sed quia inueniuntur quidam proterui & ad vitia proni, qui verbis de facili moueri non possunt, necessarium fuit, quod per vim, vel metum cohiberentur a malo, vt saltem sic male facere desisterent, & alijs quietam vitam redderent, & ipsi tandem per huiusmodi assuetudinem ad hoc perducerentur, quod voluntarie facerent, quæ prius metu implebant, & sic fierent virtuosi.

Cap. 2. in fi. filius, to. 5.

Huiusmodi autem disciplina cogens metu poenæ, est disciplina legum: vnde necessarium fuit ad pacem hominum & virtutem, quod leges ponerentur: quia sicut Philosophus dicit in 1. Politicæ, \* sicut homo, si sit perfectus virtute, est optimum animalium: sic si sit separatus a lege & iustitia, est pessimum omnium, quia homo habet arma rationis ad explendas concupiscentias & fraudas, quæ non habent alia animalia.

Cap. 1. inter princip. & mod. to. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homines bene dispositi, melius inducuntur ad virtutem monitionibus voluntarijs, quàm coactione: sed quidam male dispositi non ducuntur ad virtutem, nisi cogantur.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut Philosophus dicit, 1. Rethor. \* Melius est omnia ordinari lege, quàm dimittere iudicium arbitrio. & hoc propter tria. Primò quidem, quia facilius est inuenire paucos sapientes, qui sufficiant ad rectas leges ponendas, quàm multos, qui requirerentur ad recte iudicandum de singulis. Secundo, quia illi qui leges ponunt, ex multo tempore considerant quid lege ferendum sit: sed iudicia de singularibus factis fiunt ex casibus subito exortis. Facilius autem ex multis consideratis potest homo videre quid rectum sit, quàm solù ex aliquo vno facto. Tertio, quia legislatores iudicant in vniuersali, & de futuris: sed homines iudicij præsidentes iudicant de presentibus, ad quæ afficiuntur amore vel odio, aut aliqua cupiditate. & sic eorum deprauatur iudicium. Quia ergo iustitia animata iudicis non inuenitur in multis, & quia flexibilis est: ideo necessarium fuit in quibuscunque est possibile, legem determinare quid iudicandum sit, & paucissima arbitrio hominum committere.

AD TERTIVM dicendum, quod quaedam singu-

laria, quæ non possunt lege comprehendi, nec est committere iudicibus, vt ibidem Philosophus dicit, \* pura, de eo quod est factum esse, vel non esse, & de alijs huiusmodi.

ARTICVLVS II,

VRVM OMNIS LEX HUMANITUS POSITA, A LEGE NATURALI DERINETUR.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod non omnis lex humanitus posita, a lege naturali deriuetur. Dicit enim Philosophus in 5. Ethic. \* quod iustitiale est, quod principio quidem nihil differt, vtrum sic, vel aliter fiat: sed in his quæ oriuntur ex lege naturali, differt vtrum sic, vel aliter fiat. ergo ea quæ sunt legibus humanis statuta, non omnia deriuantur a lege naturæ.

¶ 2 Præter. Ius posituum diuiditur contra ius naturale, ut patet per Aristotem in libr. \* Etymol. & per Philosophum in 5. Ethic. ¶ sed ea quæ deriuantur a principijs communibus legis naturæ, sicut conclusiones, pertinent ad legem naturæ, ut supra dictum est. \* ergo ea quæ sunt de lege humana, non deriuantur a lege naturæ.

¶ 3 Præter. Lex naturæ est eadem apud omnes. dicit enim Philosophus in 5. Ethicor. ¶ quod naturale ius est, quod vbiq; habet eandem potentiam, si igitur leges humanæ a naturali lege deriuarentur, sequeretur etiam quod ipsæ essent eadem apud omnes: quod patet esse falsum.

¶ 4 Præter. Eorum quæ a lege naturali deriuantur, potest aliqua ratio assignari: sed non omnium quæ a maioribus lege statuta sunt, ratio reddi potest, vt Iurisperitus dicit, ergo non omnes leges humanæ deriuantur a lege naturali.

SED CONTRA est, quod Tullius dicit in sua Rhet. \* Res a natura perfecta, & a consuetudine probatas, legum metus & religio sanxit.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit in 1. de liber. arb. \* Non videtur esse lex, quæ iusta non fuerit: vnde in quantum habet de iustitia, in quantum habet de virtute legis. In rebus autem humanis dicitur esse aliquid iustum ex eo, quod est rectum secundum regulam rationis. Rationis autem prima regula est lex naturæ, ut ex supradictis patet: \* vnde omnis lex humanitus posita in quantum habet de ratione legis, in quantum a lege naturæ deriuatur. Si uero in aliquo a lege na-

Super 2. q. 95. Aristot. secundum.

IN art. 2. articulo primo dicitur quod secundum modum rationis a lege naturali, scilicet secundum modum determinationis, in quantum dicitur, quod est determinatio in quantum ad finem, sicut art. 2. dicitur ad hanc illam figuram minar: quia attendit de determinatione vniuersali minus vniuersali singulari. Et quod ter dicitur dicitur quod minus vniuersali quam singulari vniuersali dicitur vt concluditur. Ex hoc patet, quod quædam sunt leges humanæ quæ non deriuantur a lege naturali, sed sunt leges humanæ quæ deriuantur a lege naturali, sicut conclusiones, pertinent ad legem naturæ, ut supra dictum est. \* ergo ea quæ sunt de lege humana, non deriuantur a lege naturæ. ¶ 2 Præter. Ius posituum diuiditur contra ius naturale, ut patet per Aristotem in libr. \* Etymol. & per Philosophum in 5. Ethic. ¶ sed ea quæ deriuantur a principijs communibus legis naturæ, sicut conclusiones, pertinent ad legem naturæ, ut supra dictum est. \* ergo ea quæ sunt de lege humana, non deriuantur a lege naturæ. ¶ 3 Præter. Lex naturæ est eadem apud omnes. dicit enim Philosophus in 5. Ethicor. ¶ quod naturale ius est, quod vbiq; habet eandem potentiam, si igitur leges humanæ a naturali lege deriuarentur, sequeretur etiam quod ipsæ essent eadem apud omnes: quod patet esse falsum. ¶ 4 Præter. Eorum quæ a lege naturali deriuantur, potest aliqua ratio assignari: sed non omnium quæ a maioribus lege statuta sunt, ratio reddi potest, vt Iurisperitus dicit, ergo non omnes leges humanæ deriuantur a lege naturali. SED CONTRA est, quod Tullius dicit in sua Rhet. \* Res a natura perfecta, & a consuetudine probatas, legum metus & religio sanxit. RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit in 1. de liber. arb. \* Non videtur esse lex, quæ iusta non fuerit: vnde in quantum habet de iustitia, in quantum habet de virtute legis. In rebus autem humanis dicitur esse aliquid iustum ex eo, quod est rectum secundum regulam rationis. Rationis autem prima regula est lex naturæ, ut ex supradictis patet: \* vnde omnis lex humanitus posita in quantum habet de ratione legis, in quantum a lege naturæ deriuatur. Si uero in aliquo a lege na-

tionis, ut in libera dic- tur, ut patet facile inducitur. Ex hoc enim iure natura, qd mali sunt puniendi, derivatur determina- tio punitionem ad talem punitionem, & malos ad ta- les malos, quod sines sunt suspendendi. Similiter ex hoc iure natura, quod abstinendum est propter contemplationem, &c. determinatur ad abstinentiam ad privationem eius carnis, &c. quod ieiunium est. Et similiter ex hoc iure natura, qd Deum cultus est, qd Deum cultus est, qd Deum cultus est, qd Deum cultus est.

turali discordet, iam non erit lex, sed legis corruptio.

Sed sciendum est, quod a lege naturali dupliciter potest aliquid derivari. Vno modo, sicut conclusiones ex principijs: alio modo, sicut determinationes qua- dam aliorum, communium. Primus quidem modus similis est ei, quo in scientijs ex principijs con- clusiones demonstratiue produ- cuntur. Secundo vero modo sim- ile est, quod in artibus forma- communis determinatur ad ali- quid speciale: sicut artifex forma- communem domus necesse est, quod determinet ad hanc, vel illa- domus figuram. Derivatur ergo quedam a principijs commu- nibus legis natura per modum conclusionum: sicut hoc quod est no- esse occidendi, vt conclusio qua- dam, derivari potest ab eo quod est, nulli esse faciendum malum. Quaedam vero per modum deter- minationis, sicut lex natura habet, quod ille qui peccat, puniatur: sed quod tali poena, vel tali punia- tur, hoc est quedam determinatio legis natura. Utraque igitur inveniuntur in lege humana posita: sed ea qua sunt primi modi, continentur in lege humana, non tanquam sint solum lege posita, sed habent etiam aliquid vigoris ex lege naturali: sed ea que sunt secundi modi, ex sola lege huma- na vigorem habent.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd Philosophus loquitur de illis, que sunt lege posita per determi- nationem, vel specificatione quan- da iuris natura pro- ficiliter eodem mo- do, ut merito in li- bra non dicatur, quod ius positum quo ad materiam, aut quo ad formam derivatur a naturali, sed absolute, vt complete- ritur vtrumque. Ex il- lis enim communi- bus conceptionibus habentibus vim le- gis a natura determi- nando per electionem autoritate ha- bentis, veniunt pro- positiones minus co- munes habentes vim legis ab ipsa deter- minatione artis gu- bernante, que a naturali lege profici- scitur. Stant actus preceptos, vel pro- hibitos a pure posita lege intuitus fac- ris uidebis quod di- cundur lex posita, determinatur ius naturale ad positi-

A torum, & seniorum, vel prudentium in demonstrabilibus enunciatio- nibus & opinionibus non minus, quam demonstrationibus.

ARTICVLVS III.

Utrum Isidorus conuenienter qualitatem legis positive describat.

AD TERTIVM sic procedi- tur. Videtur, quod Isidorus, inconuenienter qualitatem legis positive describat, dicens. Erit lex honesta, iusta, possibilis secundum naturam, secundum consuetudinem patrie, loco temporiq; conueniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi utilitate ciuium scripta. Supra enim in tribus conditionibus qualitatem legis explicauerat dicens. Lex erit omne, quod ratione constituit duntaxat, quod reli- gioni congruat, quod disciplinae conueniat, quod saluti proficiat. Ergo superflue postmodum conditiones legis multiplicat.

¶ 2 Præt. Iustitia est pars honestatis, vt Tullius dicit in 1. de offic. \* Ergo postquam dixerat honesta, superflue additur iusta.

¶ 3 Præt. Lex scripta secundum Isidorum, s. cõtra consuetudinem diuiditur. non ergo debuit in diffinitione legis poni, quod esset se- cundum consuetudinem patrie.

¶ 4 Præt. Necessarium dupliciter dicitur, scilicet id quod est neces- sarium simpliciter, quod impossi- bile est aliter se habere, & huius- modi necessarium non subiacet hu- mano iudicio: unde talis necessi- tas ad legem humanam non perti- net. Est etiam aliquid necessarium propter finem: & talis necessitas idem est quod utilitas. Ergo super- flue vtrumque ponitur, necessaria, & utilis.

SED CONTRA est auctori- tas ipsius Isidori. \*

RESPON. Dicendum, quod vniuscuiusque rei qua est propter finem, necesse est, quod forma determinetur secundum propor- tionem ad finem: sicut forma fer- ræ talis est, qualis conuenit sectio- ni, ut patet in 2. Physic. \* Quali- ber etiam res recta & mensurata oportet quod habeat formam prop- ortionatam suæ regulæ & mensu- ræ. Lex autem humana vtrumque habet: quia & est aliquid ordina- tum ad finem, & est quedam regu- la, uel mensura regulata, uel men-

uum, ut forma ad materiam. Ex hoc enim qd abstinentia a carnibus, & lacti- cinijs &c. iure ponitur esse ieiunium, sup- ponitur uirtuti tem- perantiae talis actus, & utio imtemperan- tiae contrarius actus: & sic determinatur forma uirtutis tem- perantiae ad talem materiam. Et si huic iunxeris, quod for- male in uirtute est de iure natura, ut in quaestione preceden- te habitum est, cla- rum erit, quod iuxta istam determinatio- nem ius posituum determinat natura- le, ut formam ad ma- teriam. Et tunc, quod hæc tria, que diximus, licet sic ordi- nata uideantur, quod prius natura est deter- minatio materiae specialis sub commu- ni, deinde applicatio forme, uel uirtutis ad materiam, tertio est ius legis: na prius est constituere hos actus esse uirtuosos, uel uitiolos, quam precipere, uel pro- hibere illos. Si dili- genter tamen consi- derata fuerit differ- entia inter intellectum practicum & specu- latuum, & inter ma- la ex se, & quia pro- hibita, apparebit qd secundo loco est ius legis, quæ precipien- do constituit bona, & prohibendo ma- la: & sic tertio loco fit applicatio uirtu- tis ad materiam. Et quoniam comune for- maliter respectu spe- cialis est, & in ipsa determinatione com- muni ad speciale gubernatoris arte au- thoritatiue facta, ap- plicatio forme uirtu- tis ad materiam con- sistit, consequens est quod dicitur auctori- tas Isidori dicit per modum determina- tionis, quo ars for- mam communem ad specialem determi- nat, nihil dicorum prætermisit: sed dic- ta omnia sub illo determinationis mo- do conclusit, quo & speciale formale quo- dam fluxu a commu- ni, ut materiale a formali derivatur. ¶ Ad obiecta autem dicitur, qd aliud est loqui de communi, & aliud de eodem uniter-

Lib. 5. Echy. cap. 3. & 21.

Lib. 1. in cap. cuius titulus est de 4. uirtutibus.

Lib. 2. et 10. & lib. 5. c. 3.

Loco in argum. 1. cita- to.

Text. 88. 16. mo 2.

Philosophus loquitur de illis, que sunt lege posita per determinationem, vel specificatione quadam iuris natura pro- ficiliter eodem modo, ut merito in libro non dicatur, quod ius positum quo ad materiam, aut quo ad formam derivatur a naturali, sed absolute, vt complete- ritur vtrumque. Ex illis enim communi- bus conceptionibus habentibus vim legis a natura determi- nando per electionem autoritate ha- bentis, veniunt pro- positiones minus co- munes habentes vim legis ab ipsa deter- minatione artis gu- bernante, que a naturali lege profici- scitur. Stant actus preceptos, vel pro- hibitos a pure posita lege intuitus fac- ris uidebis quod di- cundur lex posita, determinatur ius naturale ad positi-

vniversaliter distri- buto. nam in primo sophisma conleque- tis ad minus commu- ne determinate de- scendendo commie- tur, in secundo no- lex autem nature re- lata ad ius positum non communis vni- uersaliter distribuit, sed rationis indefi- nite ratione habet. v. g. Non est lex na- tura: quod malus pu- niatur omni poena: sed q. puniatur inde- finite. Et ex hoc ces- sar secunda obiectio: Meminit autem arti- ficialium: quia deter- minatio ista per ra- tionem & electione fit, dum arte guber- nativa fit, sicut & alia artificialia.

In eodem secundo articulo nota, quod quid est ius pure positum ex s. Ethic. scilicet quod a prin- cipio nihil differt, ut ex eo citis discerne- re quando aliquid est solum de iure positi- uo, & quando de iure nature, vel gentium.

Super Questionis 95. Articulum quartum.

In artic. 4. eiusdem q. omisso 3. dubium est circa illa verba, Est & aliquid regim- en ex istis commi- sum, quod est opti- mum: quia hoc ad- uersatur doctrine au- thoris in pluribus lo- cis, ut patet in prima parte q. 103. artic. 3. & in 4. contra Gen. cap. 75. ubi tenet, q. optimu regim- en est regim- e unius, & p- bar, ut patet ibidem. Ad hoc multipli- citer respondetur: pri- mo, quod regimen unius est optimum respectu aliorum regim- inum simpliciu, non autem commi- storum, & ideo nul- la est contrarietas. secundo q. regimen unius est optimu se- cundum speciem regim- inis. Regimen autem commistum est optimu se- cundu partium dispositio- nem, ut inferius in q. 105. artic. 1. expli- catur, dum litera ista ibi explanatur, dicen- do. q. regimen com- positum ex regimi- ne unius ppter iur- tatem & oppositio- ne multorum sub ipso principantium pro-

surata quadam superiori mensura: quae quidem est duplex, scilicet di- uina lex, & lex naturae, vt ex supra dictis patet. \* Finis autem huma- nae legis est utilitas hominum, si- cut etiam Iuris peritus dicit. † Et ideo Isidorus in conditione legis, prout quidem tria posuit, scilicet quod religioni congruat, inquan- tum scilicet est proportionata legi diuinae: quod disciplinae con- ueniat, in quantum est proportio- nata legi naturae: quod saluti pro- ficat, in quantum est proportio- nata utilitati humanae, & ad haec tria omnes aliae conditiones, quas postea ponit, reducuntur. Nam quod dicitur, honesta, refertur ad hoc, q. religioni congruat. Quod autem subditur, iusta, possibilis, secundum naturam; secundum consuetudinem patriae, loco, tem- porique conueniens, additur ad hoc, quod conueniat disciplinae. Attenditur enim humana disci- plina primum quidem quantum ad ordinem rationis, qui importatur in hoc, quod dicitur iusta: se- cundo quantum ad facultatem agen- tium. debet enim esse disciplina conueniens vnique secundum suam possibilitatem, obseruata etiam possibilitate naturae. Non enim eadem sunt imponenda pue- ris, quae imponuntur uiris perfe- ctis. Et secundum humanam con- suetudinem: non enim potest ho- mo solus in societate viuere, alio- rum morem non gerens. Tertio quantum ad debitas circumstan- tias dicit, Loco, temporeque con- ueniens. quod uero subdit, Ne- cessaria, utilis &c. refertur ad hoc, quod expediat saluti, ut necessitas referatur ad remotionem malo- rum, utilitas ad consecutionem bonorum, manifestatio uero ad cauendum nocuum, quod ex ipsa lege posset prouenire. Et quia, sicut dictum est, \* lex ordi- natur ad bonum commune, hoc ipsum in ultima parte determina- tionis ostenditur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

Utrum Isidorus conuenienter ponat di- uisionem humanarum legum.

Ad quartum sic proce- ditur. Videtur, quod incon- uenienter Isidorus \* diuisionem legum humanarum ponat, sine iuris humani. Sub hoc enim iure comprehendit ius gentium, quod ideo sic nominatur, ut ipse dicit, †

quia eo omnes fere gentes vnun- tur: sed sicut ipse dicit, \* ius na- turale est, quod est commune om- nium nationum, ergo ius gentium non e- ometur sub iure positivo huma- no, sed magis sub iure naturali.

Prat. Ea quae habent eandem vim, non videntur formaliter dif- ferre, sed solum materialiter: sed leges, plebescita, senatusconsulta, & alia huiusmodi quae ponit, om- nia habent eandem vim. ergo vi- detur, quod non differant nisi ma- terialiter: sed talis distinctio in ar- te non est curanda, cum possit esse in infinitum, ergo inconuenien- ter huiusmodi diuisio humanarum legum introducitur.

Prat. Sicut in ciuitate sunt prin- cipes, sacerdotes, & milites: ita etiam sunt & alia hominum offi- cia. ergo videtur, q. sicut ponitur quoddam ius militare, & ius pu- blicum, quod consistit in sacerdo- tibus & magistratibus: ita etiam debeant poni alia iura, ad alia of- ficia ciuitatis pertinentia.

Prat. Ea quae sunt per accidens, sunt praetermittenda: sed accidit legi, vt ab hoc, vel ab alio homine feratur. ergo inconuenienter po- nitur diuisio legum humanarum ex nominibus legislatorum, ut sci- licet quadam dicitur Cornelia, quadam Falcidia &c. \*

IN CONTRARIUM Authoritas Isidori sufficit. †

RESPON. Dicendum, quod vnunquodque potest per se di- uidi secundum id quod in eius ra- tione continetur: sicut in ratione animalis continetur anima, quae est rationalis, vel irrationalis. & ideo animal proprie & per se di- uiditur secundum rationale & ir- rationale, non autem secundum album & nigrum, quae sunt om- nino praeter rationem eius. Sunt autem multa de ratione legis hu- manae, secundum quorum quod- libet lex humana proprie, & per se diuidi potest. Est enim primo de ratione legis humanae, quod sit deriuata a lege naturae, vt ex dictis patet: \* & secundum hoc diuiditur ius positum in ius gentium, & ius secundum duos modos, quibus aliquid dicitur lege naturae, vt supra dictum est. \* Nam ad ius gentium pertinent ea quae deriuantur ex lege natura: sicut conclusiones ex principijs, vt iuste emp- venditiones, & alia huiusmodi, sine quibus ho- mines adinuicem conuiuere non possunt, quod lege naturae: quia homo est naturaliter animal sociale, vt probatur in primo Politicæ. \* Quae deriuantur a lege naturae per modum particu- larum determinationis, pertinent ad ius civile, secundum quod quaelibet ciuitas aliqd sibi accipit modo dicitur.

Art. preced. & q. 91. ar. 2. q. 84. & q. 91. ar. 1. In Dig. vete. illi. tit. 3. lege 2. & 24.

q. 103. artic. 3. & in 4. contra Gen. cap. 75. ubi tenet, q. optimu regim- en est regim- e unius, & p- bar, ut patet ibidem.

q. 90. ar. 2.

li. 5. cap. 4.

li. 5. cap. 4. in huc.

per similitudine... p... ex rego... t... Tertio... quia comm... inter distri... dum id... guntur: p... cum unum... clauditur... comparatio... comparatio... scilicet, q... indiguit... aduicia... cum regim... & regim... sum ex reg... nus & pleb... paramur... te sumus... unius, &... gimen mil... quatenus... gime unis... aham bon... secundum... aduicia... quod regim... est optima... pluribus... solopho... habes. C... men fl... quido de... pure huma... sideratis... sunt in... men mal... mum, ut... rius loco... betur. Ven... in primo... paratio... & simplici... ur, in secun... comparat... idem secun... scilicet, q... bonitas... ratio non... arificiosa... mus fer... quod regim... est optima... tendus est... ter. Secun... scilicet, q... men comm... optimum, p... nendus &... tendus est... fa error... rerum resp... sequere ut...

*Utrum lex humana debeat poni in communi magis, quam in particulari.*

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod lex humana non debeat poni in communi, sed magis in particulari. Dicit enim Philosophus in quinto Ethicorum, \* q legalia sunt, quaecumque in singularibus legem ponunt, & etiam sententia, quae sunt etiam singularia: quia de singularibus actibus sententiae feruntur. ergo lex non solum ponitur in communi, sed etiam in singulari.

*Intra q. 88. artic. 2. ad 3. & 2.2. euiff. 147. arti. 3. & 4. cor. Cap. 7. to. 5.*

**B** 2 Præterea. Lex est directiua humanorum actuum, ut supra dictum est: \* sed humani actus in singularibus consistunt. ergo lex humana non debet in vniuersali ferri, sed magis in singulari.

*Q. 90. arti. 1.*

**Q** 3 Præterea. Lex est regula & mensura humanorum actuum, ut supra dictum est: \* sed mensura debet esse certissima, ut dicitur in 10 Metaphysic. † cum ergo in actibus humanis non possit esse aliquid vniuersale ita certum, quin in particularibus deficiat, videtur q necesse sit leges non in vniuersali, sed in singularibus poni.

*Q. 90. arti. 1. Text. 3. to. 5.*

**S**ED CONTRA est, q Iuris peritus dicit, \* quod iura constitui oportet in his, quae saepius accidunt: ex his autem, quae forte vno casu accidere possunt, iura non constituuntur.

*In digesti. veteri. lib. 1. titulo 3. leg. 3. 4. & 5.*

**R**ESPON. Dicendum, quod quia vnumquodque quod est propter finem, necesse est quod sit fini proportionatum, finis autem legis est bonum commune: quia, ut Isidorus dicit in libr. Etymolog. \* nullo priuato commo do, sed pro communi vtilitate ciuium lex debet esse conscripta: vnde oportet leges humanas esse proportionatas ad bonum commune. bonum autem commune constat ex multis, & ideo oportet, q lex ad multa respiciat, & secundum personas, & secundum negotia, & secundum tempora. Constituitur enim communitas ciuitatis ex multis personis, & eius bonum per multiplices actiones procuratur: nec ad hoc instituitur, quod aliquo tempore modico duret, sed quod omni tempore perseueret per ciuium successione, ut Augustinus dicit in 2. de Ciuitate Dei. \*

*Lib. 5. c. 21.*

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus in 5. Ethicor. † ponit tres species iuris legalis, quod est ius positium. Sunt enim quaedam, quae simpliciter in communi ponuntur, & haec sunt leges communes: & quantum ad huiusmodi dicit, quod legale est, quod ex principio quidem nihil differt sic, vel aliter: quando autem ponitur, differt, puta, q captiui statuto pretio redimantur. Quaedam vero sunt quae sunt communia quantum ad aliquid, & singularia quantum ad aliquid: & huiusmodi dicuntur priuilegia, quasi leges priuatae, quia respiciunt singulares personas, & tamen potestas eorum extenditur ad multa negotia: & quantum ad hoc subdit, Adhuc quaecumque in singularibus legem ponunt. Dicuntur etiam quaedam legalia. non quia sint leges, sed propter applicationem legum communi ad aliqua particularia facta, sicut sunt sententiae, quae pro iure habentur: & quantum ad hoc subdit, Et sententia.

*Ex libr. 2. c. 21. & lib. 22. cap. 4. habetur rom. 5. Cap. 7. to. 5.*

**A**D SECVDVM dicendum, quod illud quod est directiuum, oportet esse plurium directiuum: vnde in 10. Metaphysic. \* Philosophus dicit, q omnia quae sunt vnius generis, mensurantur aliquo vno, quod est primum in genere illo. Si enim essent tot regulae, vel mensurae, quot sunt mensurata, vel regulara, cessaret

*Text. 4. to. 3.*

Secundò est de ratione legis humanae, q ordinetur ad bonum commune ciuitatis. Et secundò hoc, lex humana diuidi potest secundum diuersitatem eorum, qui specialiter dant operam ad bonum commune. sicut sacerdotes pro populo Deum orantes, principes populum gubernantes, & milites pro salute populi pugnantes: & ideo istis hominibus specialia quaedam iura apertur. Tertiò est de ratione legis humanae, ut instituat a gubernante communitatem ciuitatis, sicut supra dictum est. \* Et secundum hoc distinguuntur leges humanae secundum diuersa regimina ciuitatum, quorum vnum, secundum Philosophum in tertio Politicæ, \* est regnum, quando scilicet ciuitas gubernatur ab vno: & secundum hoc accipiuntur constitutiones principum. Aliud verò regimen est aristocratia, id est, principatus optimorum, vel optimatum, & secundum hoc sumuntur responsa prudentum, & etiam senatusconsulta. Aliud regimen est oligarchia, id est, principatus paucorum diuitorum & potentum: & secundum hoc sumitur ius praetorium, quod etiam honorarium dicitur. Aliud autem regimen est populi, quod nominatur democratia: & secundum hoc sumuntur plebiscita. Aliud autem est tyrannicum, quod est omnino corruptum, vnde ex hoc non sumitur aliqua lex. Est etiam aliquod regimen ex istis commissum, quod est optimū: & secundum hoc sumitur lex, quam maiores natu

**Q**uartò verò de ratione legis humanae est, quod sit directiua humanorum actuum. & secundum hoc secundum diuersa, de quibus leges feruntur, distinguuntur leges, quae interdum ab actoribus nominantur: sicut distinguitur lex Iulia de adulterijs, lex Cornelia, de sicarijs, & sic de alijs, non propter actores, sed propter res, de quibus sunt.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, q ius gentium est quidem aliquo modo naturale homini, in quod est rationalis, in quantum deriuatur a lege naturali per modum conclusionis, quae non est multum remota a principijs. vnde de facili in huiusmodi, homines conseruerunt, distinguitur tamen a lege naturali, maxime ab eo quod est omnibus animalibus commune. **A**d alia patet responsio ex his, quae dicta sunt.

*Super Quaestio. 86. articulum primum & secundum.*

QVAESTIO XCVI.

*De potestate legis humanae, in sex articulis diuisa.*

**D**EINDE considerandum est de potestate legis humanae.

**E**T circa hoc quaeruntur sex.

**Q**uartò, Vtrum humana lex debeat poni in communi.

**Q**uartò, Vtrum lex humana debeat omnia vitia cohibere.

**Q**uartò, Vtrum omnium virtutum actus habeat ordinare.

**Q**uartò, Vtrum imponat homini necessitatem, quantum ad forum conscientiae.

**Q**uartò, Vtrum omnes homines legi humanae subdantur.

**Q**uartò, Vtrum his qui sunt sub lege, liceat agere praeter verba legis.

**I**N articulis primo, & secundo, 96. quaestio. hoc notandum occurrit. primo, quod cum in secundo articulo concluditur negatiua de prohibitione omnium vitiorum, intelligitur de omnibus vitijs secundum eorum suam latitudinem, id est, omnes eorum actus, & non de omnibus vitijs, id est, habitibus vitiosis, ut patet ex responsione ad primum in articulo tertio, vbi dicitur, quod prohibentur omnia vitia, sed non secundum omnes actus eorum.